

Forfatter: Foxall, John

Titel: BREV TIL: Gyldenstjerne, Mogens FRA: Foxall, John (1566-12-18)

Citation: Foxall, John: "BREV TIL: Gyldenstjerne, Mogens FRA: Foxall, John (1566-12-18)", i *Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (3. bind)*, NIELSEN & LYDICHE, s. 176. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-000743146-003-shoot-L0007431460030113.pdf> (tilgået 19. juli 2024)

Anvendt udgave: Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (3. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

London, 18. December 1566.

John Foxall til Mogens Gyldenstjerne.

Efter sit sidste Brev har han begivet sig til Kanonstøberiet og dér fundet 26 Slinger færdige, de øvrige ventes færdige først i Januar og at kunne s. 177 indskibes først i Marts. Han anmoder atter om at faa anvist 4000 Dlr. til Omkostningerne, der vil blive 8000 Dlr., for at ikke Pengemangel skal sinke Sagen. Han hører, at det ved Gotland sunkne Skyts er hævet, alligevel vil han sende en Dykker derhen, med mindre han faar Besked om det modsatte. Han har skaffet 60 Baadsmænd og Bøsseskytter og haaber at kunne skaffe 100 flinke Folk, dersom han i Tide faar Kongens Vilje at vide. En Adelsmand, John Hawkins, en meget anset Sømand, har henvendt sig til ham om et Skib, der tilhører ham og hans Broder William Hawkins, og som er anholdt i Danmark. John Foxall beder derfor Mogens Gyldenstjerne tale deres Sag hos Kongen, saa at de kan faa Skibet tilbage. De kan, om ønskes, skaffe et til Krigsbrug bedre egnet Skib, og maaske kan de bevæges til med deres Skibe at slutte sig til Kongen i denne Krig, dersom de faar en venlig Behandling og han i Tide faar Kongens Vilje at vide.

Posteaquam Ludero Suerbecke literas meas proxime ad tuam amplitudinem dedissem, in quibus regiæ majestati ad literas e Coopman Hauen ad me 10. octobris missas respondi, ex urbe egressus sum in eum locum, ubi regiæ bombardæ funduntur, vt me inspectante et maturius et solidius coagmentarentur. Paratos iam habemus colubrinos integros uiginti sex, reliquos ad calendas ianuarij expectamus, ut calendis Martijs nauibus imponantur. Interim non dubito, quin tu pro tui honoris amplitudine uelis ita mihi consulere, vt aut Lubeci aut Antuerpiæ aut Londini quatuor ad minimum dalerorum millia mihi dinumerentur, quemadmodum in superioribus ad amplitudinem tuam literis sedulo flagitau; nam tormentorum et hominum numerus, quem in regiæ majestatis vsu mittere decreui, octo dalerorum millia exhauriet. Quare cum ego nulla in re officio meo in regiam majestatem defuturus sim, certo scio tuæ amplitudini curæ futurum, ne per rei pecuniarias angustiam aliquid peccetur. Audio, regiam majestatem illas bombardas recuperasse, quæ ad Gotelandiam fuerant demersæ; nihilo minus decreui vnum aut alterum illi vrinatorem mittere, nisi contra per literas mihi significetur. Parau nauicularios et tormentarios ad sexaginta, et centum me homines impigros confecturum spero, si ita res postulet, et si in tempore regiam voluntatem intellexero. Venit ad me octauo abhinc die e familia regineæ majestatis nostræ nobilis quidam Ioannes Haukins, qui propter rei naualis peritiam et nauium præfecturam apud illam et regni nostri principes in magna gratia est. Is mecum ita egit, quoniam vitio Ioannis Roki et Guilielmi Dionysij magistri et mercatoris in sua nauis magno et suo et fratris sui dispendio nauis ipsius a regia majestate detinetur, vti rogatu meo tuæ amplitudini causa sua commendaretur. Quamobrem a tuo honore peto, ut apud regem duorum fratrum apud nos nobilium Joannis et Guilielmi Haukins causam agas, vt nauem illis cum omnibus impedimentis restituat, quo beneficio hoc apud homines memores et artis nauticæ peritos, in qua semper ab adolescentia uersati sunt, emerebitur, vt si nauis opus sit, illi et firmiorem et instructiorem ad vsus bellicos aliam parent, et si pro hominum dignitate se apud eum exceptos iri intelligent, credo me posse impetrare, vt vel vterque fratrum se regijs copijs in hoc bello socium cum suis nauibus adiungat. Cuius officij spes in eo ponitur, si liberaliter et amice illis restituatur nauis, et mihi in tempore de regia voluntate constiterit, qui secundum regineam majestatem illis obsequium meum uniuersum deuoui. Deus tuam amplitudinem incolumem seruet. Londini 18. decembris 1566.

Tui honoris studiosissimus  
Hans Ffoxall.

(Bagpaa: Seglet og Udskriften:)

Ornatissimo viro domino Magno Gilderstein, regiæ Danorum majestatis in Coopman Hauen præfecto.

(Ved Brevet ligger som Bilag følgende samtidige danske Gengivelse :)

Hand haffuer rede xxvj slanger. De andre venter hand att skulle redis først i januario oc skibis først i martio.

Begierer att mue bekomme iijm daler, paa det att for penninge breck inthet forsømmis aff konge matts. ærinder.

s. 179 Agter att sende hijd to dyckere, om hand der om faar kongens vilge att vide.

Hand haffuer bestillet lx baadsmænd oc bøßeskøtter oc formoder at komme jc gode mand aff sted, om hand der om faar konge matts. vilge at vide.

Begierer paa tuende herremends vegne, som brødre ere oc for seglatz forfarring ere i stor acht i Engeland, att statholleren vill tale til konge matt., att de mue faa deris skiff igien med all sin tilbehøring, huilcked anholliis aff konge matt., dennom til stor skade.

Oc der som dette skeer, formoder hand, att de skulle komme konge matt, til hielp med it fastere oc bedere skiff.

Formoder oc at formaa hoß diße tuende brødre, om de motte bliffue vel huldne, att de baade skulle giffue sig med deris skiff til konge matts. flaade, dersom de fenge deris skiff igien oc det bliffuer hannom i tide

Foxall, John, *Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (3. bind)*,

tilkiende giffuedt.